

Chryfostomo facta. extingui non poterit non illuminabit, poenae sibi invicem succedent, & damnatus vario suppliciorum genere torquetur. Videntur corpora quae diutius, violentisque morbis resistunt; quare mirum non est, quod immortalis anima inter tot cruciatus subsistat. Mors accidit per defectum corporis non animae, licet cum anima conjuncta erit corpori incorruptibili, nihil prohibere poterit, quominus aeternam patientiam violentia malorum, quae sustinemus, breviorum efficit illius durationem propter corporis infirmitatem, quod tandem atteritur. Defectui huic supplet immortalitas, quae nos pares efficiet perferendis malis vehementibus, ac aeternis, quin anima pereat, vel corpus atteratur cruciatibus nullum unquam finem habiuris. *Opuscula S. Chryfostomi.*

Postquam demum. Considerate, quae cum reprobus in igneis illis carceribus incomprehensibile temporis spatium

perulerit; hoc tamen non erit, ut ita dicam, nisi momentum aeternitatis. Tempus hoc jam domos a vobis edificatas everterit; destruxerit Urbes, quae vos nascentes exeverit; vastaverit ditiones, in quibus vixeritis; Saeculorum finis universum terrarum orbem in propriis cineribus tumulaverit, & post mundi finem tot decies centena saeculorum millia elapsa fuerint, quot mundus ipse momenta permanerit, nihil adhuc elapsum erit de terribili hac aeternitate. Post omnes has saeculorum, ac millies millium saeculorum vices; post immensam hanc, atque incomprehensibilem temporis durationem, in qua excogitanda mens ipsa confunditur, si damnati eritis, tantumdem vobis erit perferendum, quantum vobis perferendum erat primo ipso damnationis vestrae momento. *P. Croiset in Aestheticis Exercitationibus. Tomo 2.*

passi fuerint centena saecula, aeternitas poenarum adhuc erit integra & sine ulla diminutione.

INGRATITUDO.

Memoria, & Oblivio beneficiorum, quibus, & a Deo, & ab hominibus aucti sumus.

MONITUM.

Cum indifferenter nos Deus suis cumulet beneficiis, nihil est, ut ita dicam, illi antiquius ea cura, qua illi gratias agere, & habere incessanter contendimus, conque ut ex ipso Spiritu Sancti oraculo liqueat nulla re magis, quam ingrati animi vitio beneficiorum ejus fontem exhauriri; & contra nulla re nos posse facilius nova promereri beneficia, quam si prioribus acceptis nosmet gratos exhibeamus. Hinc facile consicij potest quanta utilitatis sit hoc argumentum, quod melius adhuc innoscescit ex iis, quae infra in medium sunt afferenda.

Abi re non est hoc in loco monere: primum non hic nobis esse consilium omnia Dei beneficia enumerandi sive generalia illa sint, sive particularia, sed excitandi fideles, ut crebro illi gratias agant, & ostendendi, quam longe a nobis Deum arceat ingratitude. Secundo hic agi tantum de beneficiis Dei, & grato animo ob eadem habendo, quin de eo loquamur grati animi sensu, quem benefactoribus nobis debemus, nisi ut inde regulas desumamus nostrae erga Deum gratitudinis. Tertio si de ingrati animi vitio suscipi sermone instituerimus, quantum nostrae advertatur, nobis animam non esse de eo loqui, quod in quibus peccati genere continetur, sed de illo, quod particulare peccatum est, & quod positum est in oblivione beneficiorum Dei, in eorum contemptu, ac usu pravio. Quarto nihil aptius esse ad amorem Dei excitandum, cui debemus quidquid sumus, & quidquid habemus, quam memoria beneficiorum, quae ab eodem percipimus, & nihil tandem magis nos robore suffundere, nostramque nobis ingratitude ob oculos exhibere posse, quam incuria, quam in Dei cultu praesertimus, cum haec maxime in re apud homines generosum animam ostentemus, atque nos pudeat si ab ullo benefactor vincamur.

PARAGRAPHUS PRIMUS.

Varia Concionum hujus Argumenti Systemata.

UT sermone de ingratitude habeamus, quae vitium est a Deo familiare, de quo tamen per raro a Concionatoribus verba fiunt, pro argumento proponere possumus; nihil esse quod magis a nobis amoveat Deum, quam ingrati animi vitium, idque triplici ex causa, quae triplicem sermonis partem constituit.

1. Quia nihil magis offendit contemptum Beneficiorum Dei, ideoque ipsius etiam Benefactoris, quam illa negare, illorum oblivisci, & nullum ob illa grati animi sentium testari. Hoc facile probatur; quia in rebus ceteris non ita facile rerum earum obliviscimur, quas habemus in pretio, quas diligimus, quae nobis sunt cordi. Non sine summa voluptate illas animo reputamus, saepe earum memoriam revocamus, de illis sermone habemus, ea commendamus, & quaecumque se nobis offerat occasio, quanti a nobis fiant, palam testamur. E contra vero non possumus ulla ratione majorem earum praerobis ferre contemptum, quam earum memoriam, & cogitationem designari, easque nullo in discrimine habere. Sed cum contemptus, quo aliquis excipitur, ut plurimum vicissim in eo, qui contemnitur, contemptum cieat; liquido patet a Deo ingrati contemni; & hoc vitium, quod tantopere hominibus invisum est, multo magis esse in oculis Dei.

Ratio altera est, quia ingrati animi vitium frustratur Deum fructu, quem ex iis bonis, quibus mortales auxit, expectat. Nihil est hac veritate aperiitius; cum enim Deus nostris non egeat bonis,

neque speret futurum, ut pari pari rependamus, non ala eidem praebere possumus nostrae gratitudinis argumenta, quam laudes, gratiarum actiones, amorem. In hoc sita est ipsius gloria, cuius zelotes est, & hoc unum ipse perit ex nobis; quo tamen per ingratiudinem illum fraudamus.

Tertia est, quia per ingrati animi vitium nosmet probamus ejus gratia, & beneficiis indignos. Quomodo tamen hanc hominum in ingratos consuetudinem esse videmus, quod a beneficiis cessent, ubi eorum abusum intueantur; eosque ingratos appetent, & indignos, de quibus aliquis bene increpatur; ita ingratitude exhaurit fontem bonorum, quae large, effluere Deus conferebat ita ut finis mea revocet, quae jam contulit nobis, saltem postquam illa irrita efficiamus, nullam ex illis fructum percipientes.

Natura, gratia, religio tria sunt, quae ex nobis peculiarem, perennemque ob Dei beneficia grati animi sensum exposcant, & quae concionis partitionem possunt efficere.

1. Natura; Deus enim nobis contulit esse, & ex nihilo eduxit, in quo infinita reliquit, quae, ut nos, creare potuisset, & quae in aeternum ex creaturam possibilem numero erant. Ille nos ad imaginem suam creavit iis naturae muneribus praeditis, per quae ab aliis creaturis & fortasse etiam a pluribus aliis hominibus distinguiamur. Denique reliqua omnia propter hominem creavit; quod beneficium! sed quae gratitudo!

2. Gratia quae nobis non erat debita, & quam me-

mereri non potuimus, non minus nos cogit, immortales Deo gratias habere ob insignia beneficia, quae plurima inde proficiuntur, & quae illius sunt veluti effectus. Deas enim per illum nos supernaturali fini destinavit, ut videlicet ipsum aliquando possideremus. Propterea ille nobis suppeditat adminicula, quorum ope finem hunc consequi valeamus, actuales gratias, Sacramenta, gratias exteriores, generales, & particulares, quae ad illum obtinendum validissimum nobis praebent auxilium. Quantum igitur tot, tantique pro muneribus illi debemus!

3. Religio, ad quam nos evocavit, quae nos erudit, nobisque aeternas aperit veritates, sed quae simul nos de nostris officiis edocet, inter quae non postremum locum obtinet Deo gratias agere propter innumera haec beneficia, atque gratum testari animum summa officii fide ei famulantes.

III. 1. Nullum magis inevitabile officium est, quam animi grati sensus ob ea beneficia, quibus a Deo sumus cumulat; quia haec totidem jura sunt, quae habet in nos, & quae alienari minime possunt, veluti Creatoris, Redemptoris, & Glorificatoris, & Remuneratoris omnium operam nostrorum, qui totidem tituli sunt, propter quos illi addictissimi esse debemus, & propter quos aeternam ex nobis gratiam reposcit. 2. Nullum officium est, quod hoc magis negligatur. Ecclesia quidem omnibus fere, quas nobis praescribit, precibus gratiarum actiones immiscet; sed quam rari sunt in fidelium cordibus sensus hujusmodi, cum interim verba in labiis eorum sunt frequentissima? Nolmet excutiamus hac in re, satis est, intueamur quae fecimus, facimusque, & videbimus. 1. Nos fere nunquam eorum remissioni bonorum, quae divina largitate aucti sumus; 2. Nos raro, & perfunctorie ob illa Deo gratias agere, eique debitas laudes persolvere; 3. Nos nihil fere eidem praestare; hoc est nullas habere, agere, vel referre eidem gratias; quae quidem sunt gratitudinis adus ad examen revocandi, ut ob tantum ingrati animi vitium pudore suffundamur.

IV. 1. Obligatio, quae grati esse debemus beneficiis Dei, quae quidem supra grati magnitudinem, insinuatque innititur munificentiae. Magnitudinem hanc obedientia, cultu, ac servitute colimus; quod non praestare non possumus, ad id enim nos cogit justitia. Hanc vero munificentiam amore, gratique cordis sensibus honoramus. 2. Qualitates, vel conditiones, quae in hac gratitudine requiruntur. Singulitas esse debet; hoc est Deo uni accepta referre debet haec beneficia, a quo profecta sunt, non autem industriae nostrae, vel exultationi, neque fortis, & fortunae. Universalis debet esse, Deum tamquam omnium bonorum nostrorum auctorem agnoscens. Denique debet esse perennis, nunquam oblivioni tradens, sed semper ob oculos praesentia Dei habens beneficia.

V. 1. Rationes quae singulare ex nobis erga Deum exigunt gratitudinem; videlicet innumerabilis beneficiorum illius magnitudo, quae ab ipsa aeternitate duxerunt initium, & quae singulis vitis nostrae mentis perseverarunt. Magnitudo quorundam beneficiorum, puta Redemptionis, Vocacionis ad Christianam Religionem, aeternae felicitatis, cuius illi uni debitorum erimus. Et circumstantiae, quae beneficium hoc comitantur; veluti quia nostrum curam gerit, quasi soli essemus in mundo; & quia beneficia, quae communia sunt, tantum pro nobis sunt, quantum si soli iisdem perseveremus &c. 2. Ratio, quae illi grati animi sensus testari debemus; 1. eidem corda nostra amentis, 2. mens bonorum operum, 3. linguas iugi laudum, adionumque gratiarum sacrificio devotentes.

VI. Primum; quod nobis Deus praestitit, gratum ex nobis requiritur. Quia fecit, omnia dedit, omnia pertulit, idque tum pro singulis, tum pro omnibus.

Secundo. Quid pro Deo nobis in grati animi signum facere debemus? Omnia conari, nosmet omnibus submittere, illi offerre, & devovere quidquid habemus, & iam pertinere ad illum, nullos labores, nullas pro eo poenas respuere.

VII. Gratitudo erga Deum in hoc posita est, ut 1. illum respiciamus veluti bonorum omnium auctorem, & facturum, nos eidem omnia debere, 2. ut gratias ipsius, atque spiritalia bona majore in pretio quam omnes mundi divitias habeamus, 3. ut bona illius, quaecumque divita sint, in eum usum impendamus, quem divinus hic Benefactor requirit.

VIII. Primum. Debemus Deo gratitudinem nostram,

quatenus bonorum omnium auctori; ideoque teterimum est ingrati animi vitium, illi ob ea gratias non agere, imo neque habere, & nunquam cogitare, quod illi omnia debemus. 2. Quatenus fini ad quem omnia referenda sunt, cum ille omnia ad majorem sui nominis gloriam perferat; unde sequitur donis, ac beneficiis ipsius nobis utendum non esse, nisi ut eidem inferviamus; quod praclarissimum est nostrae gratitudinis signum.

De ingratitude. Tria potissimum sunt ingratorum erga Deum genera.

Primum sunt animae, quas steriles voco, quae quidem lato, alacrique animo Dei beneficia, & gratias recipiunt, sed eas nunquam Deo acceptas referunt.

Secunda sunt animae sine sensu, quae haec eadem beneficia percipiunt, quin tamen ullo afficiantur amoris, & grati animi sensu erga Benefactorem suum; & qui omnia bona meritis suis debere sibi persuadent.

Tertia sunt animae pravae, quae Dei donis abutuntur, eaque in scelus materiam convertunt.

1. Quam commune sit ingrati animi vitium, & qui eidem obnoxii sint, quin ne cogitent quidem. 2. Quam grave, & contumeliosum Deo sit hoc peccatum. 3. Quam distridis puniatur supplicis, & quomodo illud Deus pati nunquam poterit.

Punctum Primum. Plures ingrati sunt, quam vulgo existimetur: tot enim sunt, quot mortales, qui Deo gratias non habent, qui oblivioni tradunt illius beneficia, vel qui eadem suae vertunt industriae, & demum qui abutuntur iisdem.

Punctum alterum. Plus improbitatis in ingrati animi vitio invenitur, quam existimetur. Ibi enim non deest contemptus, injustitia, superbia &c. *Ex morali Dictionario.*

1. Ingratitudo & Deo, & hominibus invisa est, & tamen vulgarissima. 2. Peccatum est, quod fideles omnes detestari tenentur; quod tamen paucissimi evitant, & cui omnes fere obnoxii sunt.

1. Deus omnem gloriam suam statuit nobis benefaciens. In natura, gratia, gloria aeternum omnium horum bonorum illi erimus debiores; 2. Hominum perique gloriam suam consequuntur Deum ladentes, ac bono malum terribiter ingrati animi vitio rependentes. *Essais de Sermon Tomo 2.*

Sanctus Bernardus ites ingratitude gradus animadvertit.

Primus in hoc positus est, ut acceptum non intelligatur beneficium.

Alter est, Benefactori debitas non agere gratias.

Tertius est, pari pari non referre beneficio reciproco, cum hoc in nostra sit potestate, & nobis adfit occasio. Hoc autem in plerisque hominibus deprehenditur. 1. Cognoscere nolunt, quid debeant Deo. 2. Illi ne gratias quidem agere volunt. 3. Nihil conantur, ut referant gratias, & suam illi testantur animi gratitudinem.

Hoc ingratitude crimen merito oderunt omnes, qui de eodem verba fieri vix audiunt, quin suam testentur indignationem. At si talis est erga homines ingratitude, quid erga Deum erit?

Primum, quia hoc pacto injuste detestamur Benefactori nostro habere, & agere gratias, cui quidquid nobis est, esse, vivere, &c. debemus.

Secundo, Beneficia in pravum usum convertimus contra Benefactoris honorem, & voluntatem.

Tertio, quia Deum ladentes illi malum pro bono reddimus, quia illum offendere non possumus quin ipso contra ipsum abutamur.

1. Hujus vitii indignitas, quod proficere non potest nisi ex omnimoda corruptione omnium principiorum honoris, probitatis, & religionis; 2. Rationes illius evitandi, quae sunt, saepe Dei beneficia animo reputare, illi gratias agere, ac palam nos eidem omnia debere profiteri &c.

Sermo potest institui de beneficiis, quae utroqueque sibi conferunt homines; ubi tria possunt considerari.

1. Quomodo collocandum sit beneficium; in hoc enim plurimum prudentiae requiritur, quamvis Christiana charitas jubeat, de omnibus bene mereri. 2. Quomodo sit recipiendum; quod enim Ethicus Philosophiae articulum constituit, fieri potest Chvilliane virtutis argumentum: *Qui grate beneficium accepit, primum ejus pensionem solvit.* 3. Quomodo referendum sit; ubi latus aperitur campus differendi de grati animi officio, ac de illius conditionibus.

De rationibus, & causis, propter quae ingrati animi vitium fugere debemus.

1. Quia

1. Quia nihil est, quod Deus tantum oderit, quantum hoc vitium, quod Sancto Bernardo teste gratie hostis est, atque salutis oppositum in illis profertur, ex quibus insigniora beneficia arctiorem gratitudinem excoibunt: *ingratitude hostis est gratie, inimica salutis*. Quapropter Salvianus ait, nihil magis ad iracundiam excitare Deum, quam ingrati- dinem, quae origo est omnium vitæ calamitatum, benefactorum annihilatio, & meritum omnium seducta. 2. Quia ingratis Deus auferit gratias, & beneficia, quæ illis conferre consueverat. Nam, ut Sanctus Bernardus inquit, gratiarum fons exarefcit, cum vasa, quibus recipiebatur, nihil ad illum pe- rennandum contribuunt: *Gratiarum cessat decursus, cum recursus non fuerit*. Quamobrem Sanctus Augu- stinus ait, Deum ingrato non auferre solum, quod large, esseque donauerat, sed, si quid illi adhuc superesset, non nisi ad ingrati interitum inferuire; *Quod Deus dederat gratis, tulit ingratis: nemo enim donis Dei beatus, qui donanti exitus ingratus*. 3. Quia in- gratitudo obicem ponit gratiæ, quæ sunt necessariæ ad hominem in via salutis deducendum; etenim, ut Sanctus Gregorius inquit, *non est dignus datis, qui non agit gratias de datis*. Quapropter Sanctus Bernardus dicere consueverat, ingrati animi vitium esse ignem excitantem gratiarum fontem, esse val- lum torrentibus divinæ misericordiæ oppositum, & secretum obicem favoribus, quos ad salutem nos- tram procurandam Deus nobis concedit. *Liber, cui titulus, Concionator Evangelicæ*.

XIX. In mundo tria video hominum genera triplici in statu.

- 1. Animas steriles, quæ Dei gratias, & beneficia non recognoscunt; ea quidem cum voluptate respiciunt, recipiuntque, at Deo illas acceptas non re- ferunt. Hæc steriles sunt animæ.
- 2. Animas stupidas, quæ divinis cumulantur gratiis, quin ne sentiant quidem, & quemadmodum sibi persuadent omnia bona ex ipsarum virtute profecta esse, illis gau- dent, quin eorum Deum esse auctorem animadvertant.
- 3. Denique pravæ sunt animæ, quæ Dei donis abutuntur, ut in peccatorum materiam convertant, & quas nocentes dicere possumus, quia bonus est Deus. Tria hæc moralium genera damnanda suscipio, sanætam gratitudinem commendaturus, at- que ostensurus, quomodo sese gerere fideles debeant, cum divinis beneficiis cumulantur. *Ex manuscripto Sermone*.

PARAGRAPHUS II.

Fontes, Auctores, unde haberi copia potest ad hæc argumenta pertraçanda.

Sanctus Ambrosius *Serm. 43.* docet jugiter nobis gratias agendas esse Deo propter beneficiorum multitudinem. Idem, *libro de Jacob, & vita beata*, plurima, ea- que præstantissima habet de gratitudine. Idem, de eadem re loquitur etiam libro primo Officiorum cap. 31. Idem, lib. 6. Hexamer. cap. 4. fufius persequitur exemplum Tobie junioris, & beneficia, quæ ab An- gelo Raphaelæ recepit. Sanctus Hieronymus, in *Comment. in Epist. ad Ephes. cap. 5.* docet gratias agendas Deo cum in prospere- tum in adversis. Idem, lib. 3. in cap. 12. Prophetæ Osee hæc ex- plicans verba *Ego Dominus Deus tuus eduxi te de terra Egypti*, recenset beneficia, quibus Deus popu- lum Israel affecerat. Idem, in cap. 13. ejusdem Prophetæ in hæc ver- ba *Elevaverunt cor juum, & oblitum sunt mei*, lo- quitur de ejusdem populi ingratitude, deque sup- plicis, quæ illam subsecuta sunt. Fufius etiam hæc de re loquitur in caput primum Malachiæ Prophetæ. Idem, in cap. 3. Prophetæ Sophoniæ late differit de peccatis, quas ab ingratis Deus expetit. Sanctus Gregorius *l. 28. Moral. cap. 6.* docet nos- tram erga Deum gratitudinem in hoc positam esse, ut beneficiorum ejus meminerimus, & quo in statu eramus, antequam illis augetemur. Idem, lib. 2. in libro Regum prolixam habet recensionem beneficiorum, quibus a Deo cumulati fuimus non sine animadvertionibus in eadem be- neficia. Sanctus Augustinus, *lib. de Spiritu, & Anima, Incerti Auctoris*, prolixè narrat ea, de quibus Deo gratias agere debemus.

Sancti Pa- tres.

IVX

IVXX

IVXX

IVXX

Idem, in Psalm. 102. hæc explicans verba, *Benedic anima mea Domino, & noli oblitisci omnes retri- butiones ejus*, excitat homines ad amorem Dei ex beneficiorum ejus consideratione.

Idem in Psalmos 32. & 34. ostendit quam equum fit Deo de beneficiis gratias agere.

Idem, in libro de diligendo Deo, prolixum habet ejusdem argumenti sermonem, ubi ostendit quam indignum sit esse ingratorum.

Idem in Soliloquiis recenset beneficia, quibus ipse a Deo affectus est, etque humillime gratias agit. Callianus, *Coll. 9. cap. 14. & 15.* loquitur de gra- tiarum actionibus, quæ Deo sunt reddendæ.

Sanctus Basilus Homilia 5. de S. Julia Martyre loquitur de gratitudine, oppositioque vitio.

Idem in *regulis supus disputatis* satis prolixè do- cet, quomodo cogitatio, & memoria beneficiorum Dei validum est subsidium ad nos ad Dei amorem excitandos.

Sanctus Chrysostomus in Homiliis 9. 13. 26. & 27. in Genesim docet, quem Deo grati animi sensum debeamus, illius beneficia perpendit, & ad gratias habendas excitat.

Idem *lib. 2. de Compunctione cordis cap. 6.* ostendit verum fidelem respicere bona, quæ Deus omni- bus confert, tamquam sibi uni collata.

Idem, in hæc Psalmicæ verba, *Confitebor tibi Domine in toto corde meo*, ostendit praxim hujus præ- stantiam, gratias videlicet ob accepta beneficia a- gendi Deo.

Idem *Homil. 8. in Epist. ad Coloss. & Homil. 26. in S. Math.* fufe loquitur de gratiarum actionibus, quas debemus Deo.

Idem *Homil. 2. in Epist. ad Rom.* docet Deo gra- tias habendas ob ea, quæ vel bene, vel male acci- dunt nobis.

Idem *Homil. 38. in Acta Apostol.* populum hunc hortatur ad Dei beneficia memoria repetenda.

Sanctus Bernardus sermonem edidit, qui inscribitur: *Contra pessimum vitium ingratiudinis*.

Idem *Sermone 13. & 14. in Cantica* ex intuitu, & memoria beneficiorum Dei seipsum ad illius amo- rem excitat.

Idem, *libro de diligendo Deo*, ostendit Deum pro- pter in nos collata beneficia a nobis esse dili- gendum.

Idem, *Serm. 2. de septem misericordiis*, prolixum habet sermonem, quo ostendit, quam odiosa sit in- gratitudo.

Idem, *Serm. 51. in Cantica*, docet, fontem bene- ficiorum Dei ingratitude excicari.

Idem, *Serm. 11. in Psalm. Qui habitat*, ostendit gratias agendas Deo pro collatis beneficiis.

Idem, *Serm. 27. de diversis*, docet ingrati- tudinem causam esse, propter quam Deus non est am- plius in nos quæ liberalis, ac in alios fuit.

Libet de Imitatione Jesu Christi, lib. 2. cap. 10. & lib. 3. cap. 22.

Ludovicus Granatenfis in Peccatorum Duce. l. 2. cap. 2. & sequen. de gratitudine loquitur, & ingrati- tudine.

Jacobus Alvarez, *de adept. virt. l. 3. p. 2. & 7.* Petrus Sanchez, *de Regno Dei part. 6. cap. 5.* Bernardinus Rossignolus, *lib. 4. cap. 25. de Dissi- plina Religiosa*.

P. Cassinus in Aula Sancta lib. 1.

P. Saint-Jur, in libro de cognitione, & amore Domini.

Chaton in Sapientia, lib. 3. cap. 11.

P. Honoratus Niequer librum edidit, cui titulus, *Stimulus ingrati animi*; ubi collegit ea ferme omnia, quæ de hoc argumento dici possunt.

P. de la Colomiere, in Christianis Consideratio- nibus, de ingrati animi vitio verba facit.

Lucas Pinelli, *lib. 2. de Perfect. cap. 4.*

Auctor Tractatus de Oratione in septem libros divisi lib. 3. cap. 5. loquitur de actione gratiarum, & plures adfert animadvertiones, quæ fieri possunt de beneficiis Dei.

Bulfus in Enchiridio plures habet de divinis be- neficiis meditationes.

Mathias Faber, *Conc. 2. in Dominica 13. post Pen- tecosten*.

P. Segneri Concionator Italus sermonem edidit de ingratitude, ubi ostendit, eos qui a Filio Dei majoribus cumulati fuerant beneficiis, eidem inten- sissimos extulisse. Sermo hic in illius extat Qua- dragesima.

P. Textier in Dominicali decimatercia post Pen- tecosten Dominica.

Atreñis alligæ.

Conclon- totæ.

De

De la Font in Ecclesiasticis Sermonibus in eam- dem Dominicam.

Auctor Sermonum in omnia Ethicæ Christianæ argumenta sermonem habet hujus argumenti pro eadem decimatercia Dominica.

In Morali Dictionario Tomo 3. duos deinceps sermones de ingratitude invenies.

Ejusdem quoque argumenti sermonem invenies inter eos, qui sub P. Bourdaloue nomine circumfe- runtur.

Bulfus, in *Parvio. Tit. Ingratitudo*.

Idem, in *Viridario. Tit. Gratiarum actio*.

Stapletonus, in *Promptuario Dominica decima- tertia post Pentec. Text. 5. & in Dominic. Palm. Textu 5.*

Berchoius, }
Summa Prædicantium. } Tit. Ingratitudo &
Labatha. } Gratiarum actio.

Lohner. }

PARAGRAPHUS III.

Locis, Exempla, & Scripturarum Applicationes hujus Argumenti.

Hæcne reddis Domino popule sulte & insipienti? *Namquid non ipse est Pater tuus, qui possedit te, & fecit, & creavit te?* Deut. 32. Deum, qui te genuit, dereliquisti, & oblitus es Do- mini Creatoris tui. Ibidem.

Ex nunc Israel, quid Dominus Deus petiit a te, nisi ut timeas Dominum Deum tuum, & ambules in viis ejus, & diligas eum, custodiasque mandata Domini, ut bene sit tibi? Deut. cap. 10.

Manus nostra exalta, & non Dominus, fecit hæc omnia (dicunt impij.) Ibid. cap. 32.

Retribuebam tibi mala pro bonis. *Psal. 34. Benedicam Dominum in omni sermone, semper laus ejus in ore meo.* Psal. 33.

Patres nostri in Egypto non intellexerunt mirabilia tua, non fuerant memores multitudinis misericordiæ tuæ. *Psalm. 105.*

Obliti sunt operum ejus. Ibidem.

Quid retribuam Domino, pro omnibus quæ retribuit mihi? *Psalm. 115.*

Si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem uti- que; tu vero homo unanimitatis, & notus meus, qui simul mecum dulces captebas citos. *Psal. 54.*

Qui reddidit mala pro bonis, non recedet malum de domo ejus. *Prov. 17.*

Ingrati spes tamquam hybernalæ glaciæ tabescet, & disperiet tamquam aqua super nivem. *Sapient. 16.*

Filius enervit, & exaltavit, ipsi autem spreverunt me. *Mat. 1.*

Cognovit vos possessorem suum, & asinus præsepe do- mini sui; Israel autem me non cognovit, & populus meus non intellexit. Ibidem.

Quid est, quod debui ultra facere vineæ meæ, & non feci? An quod expectavi ut faceret uvas, & fecit labruscas? *Idem, cap. 5.*

Eris deserta, quia oblitus es Dei Salvatoris tui, & fortis adiutoris tui non es recordata. *Idem, cap. 17.*

Namquid redditur pro bono malum, quia sederunt forteam animæ meæ? *Jerem. cap. 18.*

Major effusa est iniquitas filia populi mei peccato Sodomorum, quæ subverta est in momento. *Thren. 4.*

Adimpleti sunt, & saturati sunt, & levaverunt cor suum, & oblitum sunt mei. *Olee. cap. 13.*

Glorificantes Dominum quantumcumque potueritis, supervaldebit adbas, & admirabilis magnificentia ejus. *Eccli. 43.*

Non est inventus qui rediret, & daret gloriam Deo, nisi hic alienigena. *Luc. 17.*

Quia cum cognovissent Deum, non sicut Deum glori- ficaverunt, aut gratias egerunt, sed evanuerunt in cogitationibus suis, & obcuratum est insipientis cor eorum. *Ad Rom. 1.*

Grati agite; orationi instate vigilantes in ea in gra- tiarum actione. *Ad Coloss. 3.*

Gratias agite in omnibus; hæc est enim voluntas Dei in Christo Jesu in omnibus vobis. *1. ad Thessal. cap. 5.*

Offeramus hostiam laudis semper Deo. *Ad Hebr. cap. 13.*

Veteri, Novique Testamenti Exempla.

Uo nobis insignia suppetunt exempla, alterum quidem ingratiudinis, alterum vero gratitudinis erga Sanctum Patriarcham Joseph, ac tertium in ipso Joseph effectus illius, quem in bonæ indo- lis homine, & aliquod honestatis, & probitatis prin- cipium habente gratitudo parere debet. Primum est ingratiudo Pincernæ Pharaonis erga Joseph. Mi- nister hic in carcerem conjectus cum pollicitus fuis- set se remuneraturum officium illud, quod sibi præ- stiterat Joseph felicem exitum vaticinatus, hic Mi- nister, inquam, dignitati suæ restitutus, quemadmo- dum concaptivus ille suis eventurum prædixerat, succedentibus prosperis, ut ait Scriptura, oblitus est, quod promiserat, libertatem illius videlicet se totis viribus procuraturum. Aliter cum Joseph se gessit Pharae; satis enim constat, quibus honoribus remu- neratus fuerit operam sibi præstitam ab hoc Israeli- ta, qui prudentia sua futuris egestatibus populi con- suluerat, ne septem illis, quos portenderat, carita- tis annis interiret. Sed ipse etiam Joseph præcla- rum esse potest gratitudinis exemplum, cum ab im- pudica domina ad adulterium sollicitatus ab eodem longissime abhorruit memoria repetens ea, quæ ab infidelis femina viro domino suo acceperat be- neficia. Quomodonam, inquit ille, post tot bona, quibus cumulatus sum, post tot amoris argumenta assentiar teiterimo sceleri, ac me turpissima ingra- titudinis nota dedecorem? *Quomodo ergo postquam hoc Genes. 29. malum facere?*

Gratitudo Nabuchodonosor, & Balchazar erga Da- nielem non minus insignis est; nullum enim hono- ris, aut dignitatis genus illi collatum non fuit in præmium eorum, quæ Propheta hic Regibus illis, Regnoque officia præstiterat.

Sed Regis Assueri erga Mardochæum gratitudo, quæ in libro Esther narratur, satis cognita est, ut hic non sit immorandum; sufficit solum animadver- tere modum, quo Princeps ille se gessit, de quo in selectis Auctorum locis sermo recitetur.

Deus a populo suo aliqua semper expetit grati- animi indicia, pro beneficiis, quibus illum agebat; & sane liquet, omnes solemnitates, cæremontias, sacrificia in populo instituta peculiare aliquod bene- ficium indigisse, veluti Pascha, Tabernaculorum festivitatem &c. quæ re ostendebat Deus se velle, ut beneficiorum sibi collatorum populus ille æternam servaret memoriam.

Hoc intuitu in libro Josue scriptum est summum hunc Israelis Imperatorem, cum Jordanem tradu- xisset, præcipite, ut duodecim lapides ex ejusdem fluminis alveo educi erigerentur in monumentum, futurum æternum gratitudinis suæ testimonium. Ead- demque de causâ Patriarchæ veteres, cum a Deo aliquam obtinuisset gratiam, statim erigebant alta- re, atque extollebant lapidem in grati animi titu- lum, ut æternum foret monumentum beneficii, quod a Domino acceperant. Infinitus est operis hujus omnia laudem Cantica, omnes gratiarum actiones, omnesque recensere occasiones, quibus veteris testa- menti heroes gratitudinem suam testati fuere. Ali- qua tantum alteram exempla hoc in argumento cer- te non omittenda.

In Scripturis narratur Tobias, cum ad se filium evocasset, atque ea recensivisset beneficia, quæ ab ignoto viro acceperat, juniori Tobia dixisse: Heus, fili mi, quam patrem referre poterimus fi- delissimo huic ducti tuo gratiam? Noli, pater mi, reddidit filius, quantum illi debeamus; ex pluri- mis, gravissimisque periculis me eruit, in finem tanta cura, & fide mei curam gessit, quæ explicari vix potest; mihi conjugem virtutibus ornatis- simam consecit; auri vim, cuius te iaduram se- cisse putabas, exegit. Hæc illius sunt beneficia, quid pro illis rependemus? Duo hi sancti viri in re- muneracionis argumentum bonorum factum partem offerunt illi; sed gratias agit Angelus, dixitque, scitote, non mihi, sed Deo, a quo in familia ve- stre solatium missus sum, a vobis gratias esse re- ferendas.

Judas Machabæus, ac omnis Judæorum populus liberati de plurimorum hostium terrore, a quibus incessanter affligebantur, Aristobolo scripserunt: Si gratitudo pluribus præliis victores fuimus, si delicti sunt ho- les nostri, hoc opus fuit Providentiæ Dei, qui nos de periculis eruit, nosque tutatus est, & cui magni- fice gratias agimus; *De magnis periculis a Deo libe- rati magnifice gratias agimus ipsi.*

Gratitudo erga Da- nielem.

Auctori- tas Mardo- chæi gra- titudo.

Grati- tudo, quam Israelæ per expetit a populo suo.

Gratitudo Josue.

Gratitudo erga Da- nielem.

Gratitudo erga Da- nielem.

Gratitudo erga Da- nielem.

Gratitudo erga Da- nielem.

Gratitudo erga Da- nielem.

Gratitudo erga Da- nielem.

Gratitudo erga Da- nielem.

Gratitudo erga Da- nielem.

Exemplum **ingrati- tudinis Salo- monis.** Quin verba facimus de Judaici populi ingrati- tudine, de qua toties in Scripturis conqueritur Deus, & cujus sexcenta afferri possent exempla, satis erit meminisse quorundam virorum, a quibus Deus insignes poenas poposcit. Si quis unquam Deo suo majorem testari debuit gratitudinem, hic sane Salomon fuit, quem Deus tot beneficiis cumu- lavit. Liqueat nihilominus quousque illius processerit ingrati animi vitium, quandoquidem pellicum suarum aminibus adolevit thura, Templaque adifi- ficavit. Amatus a Domino, cumulatus gloria, ea- que sapientia donatus, cui similem mortalem nemo unquam habuit, ita suisque oblitus est, ut vix fi- des adhiberi posset, nisi Scriptura in illius perso- na & mirabilem magnitudinem, & monstrosam of- fenderit ingratitude, hinc quidem eximiam sapi- entiam, inde vero incomprehensibilem mentis evagationem.

Jejobaam filium servi Salomonis, & qui & gene- re, & animo procul a regno abhorrebat, longe se- dus ingratitude praeberit exemplum. Didicerat ex Propheta, Dei voluntatem esse, quod ipse super decem Tribus regnaret; neque eum Vates fecellit. Servus ad hunc honoris apicem evedtus singularem profecto ob inferatam beneficium Domino gratiam debebat; sed statim ac vidit decem Tribus suo sub- jectis imperio esse secum: Si patior, populum hunc Jerusolyam ad sacrificandum Domino pergere, quamvis in partes Roboami, a quo fecisset, concederit; operis igitur pretium est aureos conflare vitulos, populoque omni Jerusolyam versus iter intendere, eique hac munera proponere, quasi ope illorum ex Aegypti servitute fuisset eductus. Hoc ille exemplum inquit, atque idola alterum quidem in Bethel, in Dan alterum ipse constituit.

Amasis Rex Israel duplici insigni prelo, quo pal- lam Dei praesidium fuerat expertus, Idumcos, & filios Seir fuderat, atque fogaverat, & nihilominus tam cito gratiae hujus oblitus est, ut ex quo vi- starum gentium Deo veluti in triumphum abdu- xit, ille primus isdem cultum adhiberit, eosque Jerusolyam colendos proposuerit. Ingrate, dixit il- li Propheta missus a Deo, haecne gratitudo est, qua illud praesidium, quo Deus adfuit tibi, repen- dis? Ideo decrevit Dominus tibi mortem inferre, teque in hostium suorum manibus tradere. Scio quod cogitaverit Deus occidere te, quia fecisti hoc malum.

Parabola **fiaculae** **Evangelic.** In Evangelio quaedam deprehendimus vestigia gravissimae illius severitatis, quam exercet Deus erga eorum ingratitude, quos suis gratiis maxime cumu- lavit. Tectis est parabola ficulnae igni addictae, quia feras erat. Etenim, quo majorem curam oliv- or (Sanctus Chrysolomus inquit) impendit arbori- alci excolenda, eo magis in arborem hanc ir- ritatur fructum nullum ferentem. Quid dicam de servi poena in exterioribus tenebris projecti, quod ex credito tibi talento lucrum non ceperat? Quid de minis, quae intereratit Deus obribus Bethsaida, Co- rozani, atque Capernaon ob earum ingratitude, & infidelitatem?

Nemo unquam ignorare potest Jesu Christi erga Ju- daeos beneficia, quos reliquis omnibus populis praerulerat. Inter illos nasci dignatus est, apud illos toto vitae suae tempore est commoratus; illos pri- mis doctrinae suae luminibus illustravit; illos ser- monibus, & exemplis erudit, in eorum gratiam infinita miracula operatus est; nihilque praetermi- sit, ut eorum salutem procuraret illos ad perso- nae, & mysterium suum attrahens cognitionem. Sed satis est oculos fortuito in Evangelium conji- cere, ut perdis hujus populi ingrati animi vitium innotescat. Hinc illum ex oppidis ejecit; illic in- fidias struit; modo illum lapidibus conatur obrue- re, modo praecipitem de montis cacumine detur- bare, tandem vero illi vitam turpissimo & crude- lissimo auferunt supplicio. Sed quae poenas ingra- tus hic, perfidusque populus dederit, & quomodo gens olim adeo dilecta fuerit reprobata, satis in- notescit.

Exemplum **decem le- prosorum** **ex quibus unus tantum filio Dei gra- tias egit.** Particulae suppetit nobis exemplum ingrati- tudinis in Evangelio de decem Leprosis, qui enixis precibus a filio Dei salutem obtinuerunt. Diligentis- sime quidem ea praesertim, quae sibi a Domino fuerant imperata, ut mundarentur; sed in ipso iti- nere, & citius, quam sperabant, mundatis, unus dumtaxat reversus est benefactori suo gratias actu- rus, quod occasione praebuit, ut quasi conquerens Jesus interrogaret, nonne decem mundati sunt? & novem ubi sunt? nemo est, qui sit reversus ut da-

ret gloriam Deo, nisi hic alienigena; & sane Sa- maritanus erat.

Applicationes quorundam Scripturae locorum huic argumento.

Filius nutriti, & exaltati; ipsi autem spreverunt me. **Isaia 1.** Deus offensurus quanteper- ingratitudinem horreat, voluit Isaiaam Prophetam ser- mones suos incipere populohoc exprobrantem. Po- terat ille eisdem de pluribus rebus conqueri pro- pter infinita ab eodem patra ta caelera; sed, quin ce- terorum meminisset, unice illum ingratitude no- mine redarguit, quippe quod hoc scelus est aliorum principium, ac rebus continens. Itaque amarissimi- mis conqueritur verbis, quae satis illius exprimit indignationem Caelum terraque testatur; *Audite cali, & auribus percipite terra; & populum arguit, quod ipsi etiam stupidissimi animantibus insipientior illum minime cognoverint: Cognovit bos possessorem suum.*

Accipit panem, & benedixit, ac fregit, &c. Matth. 26. Nemo unquam ignorat, Eucharistiae nomen signifi- care gratiarum actionem. Sed Divus Chrysolomus, alique Patres in hoc nomine, quod Filius Dei tri- buit adorabili Corporis, & Sanguinis sui sacrificio, id animadvertunt, quod hoc in argumento praeter- mittendum non est, videlicet homines cum mini- me pares sint referendis gratias magnitudini, nume- roque beneficiorum Dei, eo quod illos ingratos pa- ti non poterat, illis hoc reliquisset sacrificium, ut quantum a Dei largitate obtinissent, tantum ei- dem referre possent offerentes sacrificium, quod offerre poterat Deo tantum gloriae, quantum aliis quibuscumque beneficiis meretur.

Quid retribuam Domino pro omnibus, quae retribuit mihi? Psal. 115. Quarit Sanctus Augustinus, cur dicat Propheta; *pro omnibus, quae retribuit mihi;* quasi Deus creatura bene faciens aliquid illi ad ipsam pertinere restitueret. Et Sanctus hic Doctor respondet, nos ex nobis nullum habere meritum, immo e contra multa, magnaque demerita: *Non merita, sed demerita multa, & magna.* Attamen nos praevient Deo gratias suis; quod cogit, ut pro eodem grati animi sensus fovemus.

Habuit dabitur; ab eo autem, qui non habet, & quod habet, auferetur ab eo. Luc. 19. Quomodo au- ferri potest non habenti id, quod non habet? In- ingrato hac verba adimplentur, ac simul utraque hoc inveniunt habere, & non habere; ingrati- tudo enim primas auferit gratias, & secundas auferit. Meretur ingratus ejus boni, quod recipit; subire jacturam, illud vero, quod nondum recepit, non obtinere meretur.

Fecisti mala, & potuisti? Jerem. 3. Te Deus be- neficiis cumulavit; tu autem quam illi gratiam rependisti? vel potius o Fideles, quae mala omni- bus optimi, ac liberalissimi hujus parentis grati- tibus retribuiti? *Fecisti mala, & potuisti?* id loqueris, ut illum ladas; si ad Templum ejus acce- dis, ideo accedis, ut irreverentis tuis insultes; vi- deo te sine ulla reverentia mandata illius contem- nentem, infringentem leges, dogmata vitiantem, verba in locum vertentem; *Fecisti mala, & potuisti?* Eheu! loquere igitur, propter quam eis hinc gra- tias, ingrate, ama in Deum tuum distringis? qua- re adeo parum te ipsius movent beneficia, & mal- lum pro bono eidem retribuis?

Cecidit in faciem ante pedes ejus gratias agens. Luc. 17. Hoc fecit unus ex decem leprosis, qui a mundi Salvatore mandati fuerunt, cum reliqui eo- dem beneficio affecti gratias agere neglexerunt. Il- lud vero notandum est, illum, qui commotus fuit miraculo, quod in se patratum fuerat a Salvatore, & qui elata voce sanctum nomen illius glorificavit, alienigenam fuisse, & Samaritanum. Homo hic in erroribus innotuit, ideoque etiam in rebellionem reveritur ad benefactorem suum, eumque professus unicum illius mutationis, quae in se facta fuerat, auctorem cordis sui gratissimos sensus conatur ex- primere. Hac gratitudo, quae hodierna die inter homines adeo rara est, novas meretur benedictio- nes: Deus enim tuum dona sua conferre gessit, ubi sibi gratiam referri videt, neque fatigatur beneficia sua in animas effundere, quae illius misericordias praedicare detrahant. Ita Salvator felicissimi hujus leprosi expectationem cumulavit, pluraque iis con- tulit, quae desiderabat. Corporis enim tantummodo curationem postulabat, & animae salutem recepit. Hac fuit fidei illius remuneratio: *Surge, vade, quia fides tua te salvum fecit.*

Deus per Prophetam **Judaica** **gratitudinis** **exprobrat.**

Deus **per** **Prophetam** **Judaica** **gratitudinis** **exprobrat.**

Ingrate **privatus** **bonis, qui** **Deo re- cepit, ac** **se praebet** **indignum** **alia reci- piendi.**

Gratitudo **erga Deum** **beneficiis** **meretur** **recensitis.**

Pertransit **benefaciendo, & sanando omnes. Act.** Quaedam virtutes non omnibus arident; iusti- tia improbis non placet, neque modestia illis, qui fortitudinis characte- em in superbia constituunt. Sa- pientia apud illos suscipione non caret, qui in ma- deratione aliquam semper latere fraudem arbitran- tur; at nemo non ceteris meriti perquam bene con- tendimus. Quamobrem Sanctus Petrus, ut subli- mem de mundi Salvatore conceptum adstrueret, postquam dixit illum supremam esse rerum omnium Dominum, creditur nihil majus, & magnificentius simulque aptius ad persuadendum Theosalonicensibus illum Dei Filium esse, dici posse, quam si ea cele- braret beneficia, quae ab ipso mortalibus omnibus conferebantur; *Pertransit benefaciendo, & sanando omnes.* Et sane Principium virorum potentia nequa- quam sibi conciliat amorem infirmorum, qui magis metuunt, ne opprimantur, quam sperent se ipse il- lorum adiutum iri: sed liberalitas, ac bene meren- di studium semper cum dantibus, tum recipienti- bus accepta fiant.

PARAGRAPHUS IV.

Locis, & Sententia Sanctorum Patrum hujus Argumenti.

Ingratitudo est radix totius mali spiritualis, & ven- tus quidam aspicans & urens omne bonum, ob- struens fontem misericordiae super hominem. Aug. cap. 18. Soliloq.

Quanto magis homo fructuatur Deo, tanto majore im- pietate dereliquit Deum, & factus est malo dignus a- terno, qui hoc in se preemis bonum, quod possit esse aeternum. Idem, lib. 1. de Civit. cap. 17.

Gratias agere Deo postumus, referre non possumus. Idem, in Psal. 47.

Qui primi superbi, primi etiam fuerunt ingrati. Idem.

Volo te scire habere (aliqua bona) ne sis ingratus; sed volo te scire non habere ex te, ne sis superbus. Idem, in Psal.

Pietas seu Dei cultus in hoc maxime constitutus est, ut anima ei non sis ingrata. Idem, lib. de spiritu & littera, cap. 11.

Deus ingratos prorsus ignorat. Idem.

Deo gratias agere, & sentire omnia bona a Deo data esse, & pro ipsis ipsum laudare, in ipsum credere ore, & opere. Idem, super Epist. ad Roman.

Cum homines non ad suum referant auctorem dona Dei, hoc ipso male iis utentes efficiuntur injusti. Idem, lib. 4. contra Julian. cap. 3.

Si accipientes divina munera taciti & immemo- res fuerimus, tamquam ingrati & indigni eorum subministrations fraudabimur. Sanctus Ambrosius, Serm. 42.

Ingrati sunt, qui Deum benefactorem non agno- scunt, & quasi servi Dominum non metuunt. Idem, Serm. 40.

Quis non erubescat gratiam bene de se merentibus non referre, cum videat etiam bestias referere nonen ingrati? Ille imperitiae alimonis servans memoriam, tu non servas salutis acceptae? Lib. 6. Hexam.

In beneficio referendo plus animus quam sensus o- peratur; gratia in eo ipso, quod habetur, referitur. Idem, lib. 1. Offic. cap. 32.

Meliora meretur suscipere, qui collata bona de corde non probatur amittere. Cassiod. in Psal.

Innotat ad magna, qui gratiam suscipit modica, & spem de futuris recipit, qui transacta beneficia re- cognoscit. Idem, in Epist.

Quid tam regium quam scisse felicem, & consue- praestare, quo se creatus stupeat attingisse? Idem, lib. 3. Epist. 11.

Quanto majora beneficia sunt hominibus collata, tan- to graviora peccantibus iudicia sunt constituta. Chry- sosti. super Matth.

Optima beneficiorum custos est ipsa memoria beneficiorum, & perpetua confessio gratiarum. Idem, Homil. 25. sup. Matth.

Quomodo ei placere potest, cuius munus displicet? Tertull. lib. de Penit.

Homo vide, quae pro te patior, vide clavos quibus confisor, vide panes quibus afficio, & cum sit tantus dolor exterior, interior tamen planctus est gravior, dum ingratus sic te exprobat. S. Bonav. Serm. 60. de Pals. Domini.

Accipe beneficium, redde obsequium, cave suppli- cium. Hugo a S. Vid. Howdry Bibl. Tom. II.

Omnia, quae ad usum vitae accepimus, ad usum vitae converterimus. Bernard. lib. de anima.

Peremptoria res est ingratitude, hostis gratia, ini- mica salutis. Idem, in quodam Serm.

Nihil ita displicet Deo, praesertim in filiis gratiae, quemadmodum ingratitude, vias enim obruit gratiae. Idem, Serm. 7. de panibus.

In primo opere (id est in creatione) me mihi dedi- dit, in secundo se, & ubi se dedit, me mihi reddi- dit; datus ergo, & redditus me pro me debeo, & hic debeo; quid Deo retribuam pro se? Nam si me milites rependere possum, quid sum ego ad Deum? Idem, lib. de diligendo Deo.

Ingratitudo est inimica animae, exinanitio meritum, virtutum amissio, beneficiorum dispersio, ventus urens, ficans sibi fontem pietatis, rorem misericordiae, suavia gratiae. Idem, Sermone 5. in Cantic.

Vide quanta largitus est; dupliciter gratis fecit, & sine merito tuo, & sine labore tuo. Idem, Serm. 24. in Psal. 90.

Accipere indignus est, qui fuerit ingratus. Idem, de 7. miseric.

Tum maxime Deus ex memoria hominum elabitur, cum beneficiis ejus fruuntur. Lactant. lib. 2. Institut. div. cap. 1.

Judeos nihil magis perditioni dedit, quam quod ingrati Deo esse voluerunt, Chrysol. Homil. 26. in Matth.

Ego gratus pro minimo, & eris dignus majora ac- cipere. Libro de Imitatione Christi lib. 2. ca- pit. 10.

Viscata & hamata beneficia. Seneca, lib. 3. de be- nef. cap. 6.

Ingratus est, qui beneficium accepisse se negat quod accepit. Idem, ibid. cap. 1.

Interdum beneficii solutio est ipsa confessio. Idem, Epist. 83.

Hoc inter duos beneficii lex est, alter statim obli- visci debet dari, alter accepti nunquam. Idem, lib. 2. de benef. cap. 20.

Prima beneficii pensio est meminisse. Idem, ibid. cap. 22.

PARAGRAPHUS V.

Quid ex Theologia penit ad hoc argumentum deprimi queat.

Gratitudo, vel cognitio generatim virtus est, qua recognoscimus, laudamus, & pro virili rependere admittimur beneficia, quae ab aliquo accepimus. Hinc facile est ejus gratitudinis, quod Deo debemus pro beneficiis, quae indefinenter ab ipso recipimus, idem concipere, si dixerimus cum Sancto Anselmo, haec esse, propter omnia bona, quibus fruimur, a Deo proficisci, illi benedicere, illique habere, agere, & referre corde, voce, & opere gratias. Sanctus Thomas addit hanc specia- lem esse virtutem a reliquis omnibus distinctam, quia causa illius est diverta; quamquam plurimum habeat iustitiae, pietatis, & religionis, cum quibus vulgo confunditur.

Idem Sanctus Thomas articulo tertio probat nos pro viribus teneri benefactori nostro gratiam repen- dere, eique pro magnitudine beneficiorum, quae no- bis collata fuerunt, gratiarum actiones offerre, sive, inquit ille, quia rebus in omnibus gratos nos esse jubet Apostolus, seu quia omnia suapte natura ver- sus causam suam referuntur, & quemadmodum, qui aliquid recipit beneficium, sit quodammodo sui bene- factoris effectus, aequum est, ut gratitudinis affectu se ad illum, a quo gratiam recepit, converterat. Deo autem, quamvis creatura pari pari nequeat repen- dere, nulla enim ratio est totum inter, & nihilum, attamen eidem gratiam relatura Dei ipsius bonis uti debet: quae quidem inevitabilis est obligatio, quam perolvere ea ipsa, quae ratione destituta sunt, immo etiam anima carentia nos docent, quemadmodum Sanctus Ambrosius disertissime ostendit lib. 1. de Officiis cap. 31. & in Hexamer. lib. 6. cap. 4.

Principium est rationis luminis innoxium, & a plu- ribus Theologis explicatum, praesertim vero a Ray- mundo Seboud, ab homine gratias agendas esse Deo de iis omnibus, quae in mundo sunt, seu quod ipse unus pluribus cumulatus fuit bonis, quam alix omnes simul creaturae, seu quod omnia bona, quae possidentur ab aliis, non nisi in hominis gratiam, & usum collata fuerit. Et sane quidquid in mundo est, ad hanc tria referunt, ad Deum dantem, ad homi- nem recipientem, & ad datum ipsum, in quo ca-

Gratitudo **est** **virtus** **quae** **recognoscimus,** **laudamus,** **&** **pro virili** **rependere** **admittimur** **beneficia,** **quae** **ab aliquo** **accepimus.**

Sanctus Thomas **articulo** **tertio** **probat** **nos** **pro viribus** **teneri** **benefactori** **nostro** **gratiam** **repen-** **dere,** **eique** **pro magnitudine** **beneficiorum,** **quae** **no-** **bis collata** **fuerunt,** **gratiarum** **actiones** **offerre,** **sive,** **in-** **quit ille,** **quia rebus** **in omnibus** **gratos** **nos** **esse** **jube-** **t Apostolus,** **seu quia omnia** **suapte natura** **ver-** **sus causam** **suam** **referuntur,** **&** **quemadmodum,** **qui** **ali-** **quid recipit** **beneficium,** **sit quodammodo** **sui bene-** **factoris effectus,** **aequum est,** **ut gratitudinis affectu** **se** **ad** **illum,** **a quo gratiam** **recepit,** **converterat.**

Tenemus **gratiam** **beneficio-** **rum nos-** **trorum repen-** **dere.**

Homo gra- **tus esse de-** **bet Deo pro** **omnibus** **creaturis.**

tera continentur. Quomodo igitur homo cuncta recipit, & pro eodem omnia creata sunt, ita ille de omnibus, immo & pro omnibus gratias referre tenetur; quia creata sensu, vel ratione carentia apta non sunt ad Deum laudandum, ejusque beneficia celebranda; homo igitur in eorum locum quodammodo subrogatur, ut hoc munere perfungatur.

Actus hujus virtutis sunt. 1. Meminisse accepti beneficii, & habere gratias. 2. Laudare Benefactorem, atque, ubi sese offert occasio, illius beneficium, & liberalitatem predicare. 3. Amare eos, qui nobis benefecerint. 4. Par pari, & beneficium beneficio rependere. 5. Beneficio bene uti hac mente, ut benefactori cedat honor.

Quemadmodum de ingrati animi vitio iudicium ferendum est ex oppositione contrarie virtutis, atque sufficit profus oppositum argumentari, ut illius natura, & effectus intelligantur, hac tamen ea sunt, que peculiariter nos docet Theologia ad hoc argumentum spectantia. Ingrati animi vitium generatim noxia est negligentia, qua iusta remuneratio officia illis prestatere contemnimus, a quibus aliud quod acceptimus beneficium, vel defectus est, aut improba omisso gratiam referendi illi, qui de nobis optime meriti sunt. Ingratitudo erga Deum vitium est, quod efficit, ut homines gratias habeant propter infinita beneficia, quibus a supremo Benefactore cumulati fuerunt. Natura vero hujus vitii est malum pro bono reddere, & efficeret, ut Deo dona sepe tantum peccati instrumenta.

Quemadmodum gratitudo suos habet gradus, ita & ingratitude suos. Meminisse acceptorum beneficiorum, hac celebrare, & cum fert occasio, & ubi fieri possit, par pari rependere, hi sunt tres gratitudinis gradus. Sanctus Thomas tres similiter in ingratitude gradus deprehendit. Primus est, non prestatere ea, que prestatari possunt, ut gratia gratie referatur. Alter est nullas agere gratias, ubi referendis minime sis, sed dissimulare beneficium, ac illud tradere oblivioni. Tertius est illud ex animo expungere, ac illius penitus oblivisci. Quibus adde- re possumus quartum, ledere scilicet, & contumelia afficere benefactorem. Illud etiam satis deplorari non potest, infinitum esse ingratorum numerum, numerum vero eorum, qui ingenui amici sunt, & grati, ad paucissimos fideles coartari.

Addit Angelicus nos in Deum bifariam ingratos esse, vel omissione, cum nullum illi prebimus nostrae gratitudinis argumentum, vel positive, cum aliquem edimus actum gratitudinis oppositum. Qui, exempli gratia, prava oblivione beneficii memoriam amittit, vel qui non elicit aliquem actum amoris Dei, cum ex manu illius aliquod recipit beneficium, in primum decidit ingratitude gradum. Qui vero non advertit animum beneficii accepti, qui illa non meditatur, qui non proficitur, qui gratiarum actionibus, & laudibus illa non celebrat, hic in alterum labitur. Sed cum laudamus Deum benefactorem nostrum, eique pro bono reddimus malum, & injuriam pro beneficio rependimus, in extremam ingratitude abyssum ruimus. Hac autem omnia intelligenda sunt non quidem de materiali ingratitude, quae a nullo peccatorum genere contra Deum potest separari, sed de ea, quae formalis dicenda est, & quae speciale crimen est, in hoc posita, quod accepti beneficii nullam rationem habet, obliviscitur illius, illud negat, vel contra auctoris consilium in pravam usum convertit.

Facile est Christianis ostendere magnitudinem meritum Dei erga ipsos, ut in illis aliquos grati animi sensus creamus. Satis ad id est illis ob oculos ponere gravissimam aeternae damnationis calamitatem, in quam peccatum illis agebat necessario, & ex altera parte felicitatem, quam illis procurat Deus illos ex inferni faucibus eruens. Sed, ad examen revocata flagitiosi hominis indignitate, qui absque eo, quod se humiliter misericordiam flagitaturus, impudentissime illi obedientiam detestat, ac rebelles animos gerit, ostendi etiam potest, quae infirmitas via Deus, ut a tanto malo peccatorum eriperet, atque ad tanti boni possessionem illum attolleret; & obiter attingi possunt omnia bonitatis argumenta, quae in Salvatore natiuitate, vita, & morte elucescunt.

Deus ideo nobis beneficit, quia ad id propria agitur bonitate, quae ipsius natura est, ut loquitur Scriptura; cumque ille per se bonus sit, bonitati ipsius omnia debemus, quae habemus, & quae ab eodem expectare, & sperare debemus. Sanctorum preces nequaquam in illo carent habere beneficiendi

Actus gratitudinis.

Ingratitudinis noxia, & defectiva.

Ingratitudinis gradus.

Cum Deo bifariam sumus ingrati.

Grati animi sensus erga Deum habendi.

Deus ex mera bonitate sua nobis bona conferret, eique gratias agere

voluntatem; sed illi solum, & quodammodo, sunt debemus causam, propter quam hac beneficiendi voluntas expletur, vel potius sunt instrumenta, quibus ad eandem implendam utitur. Ipse illi orandi voluntatem immitit; non illi Deo beneficiendi voluntatem inspirant; hinc sequitur, quod illi primum gratias habere debemus, eique animum gratum qua verbis, qua operibus, ubi liceat, testari.

Cum gratitudo sit vera humilitatis effectus in hoc posita, quod palam nihil nobis esse, nihilque nos ex nobis posse fatemur, hoc, inquit spiritus vitz magistri, principium est illius cultus, quem sibi in spiritu, ac veritate preberi postulat Deus. Humilis beneficiorum ejus memoria exigit, ut illi preces fundamus, ut agamus gratias, ut ab illo rebus in omnibus pendeamus, ut in eo omnem confidentiam nostram collocemus, ut illum adoremus, diligamus, eique serviamus, verbo, ut omnia religionis officia praestemus, quae debemus bonorum omnium auctori, a quo illa accepimus, & a cujus bonitate posterum expectamus.

In beneficiis tria sunt, quae ignorare minime licet. Primum est beneficium facere, alterum recipere, tertium referre. Nemo unus est, qui haec scire non possit; ac pauci intelligunt illa, & pauciores adhuc exercent. Beneficium confertur ab amico, cum amici tantum spectatur utilitas, eodem spiritu, quo aliis res nostras curae esse vellemus. Beneficium confertur a Christiano, cum propter Deum dumtaxat confertur, hoc est cum de proximo benemeretur propter amorem, quo diligimus Deum, qui in fratrum nostrorum persona consideratur, & de quo quodammodo bene meretur. Beneficium recipitur ab amico, cum celebratur, & laudibus palam extollitur, sed recipitur ab ingrato, cum dissimulatur, vel oblivioni traditur, vel cum malum pro bono redditur. Quoad tertium pertinet, videlicet acceptam gratiam referre; non semper in nostra potestate positum par pari referre illi, qui de nobis quam optime est meritus, vel beneficium beneficio rependere; sed officio huic supplere possumus publicatione, vel saltem sicca accepti beneficii confessione; beneficium quippe confertentis filantium postulat, sed recipientis confessionem, ac laudem. Haec laus debitum est, quod Deo, conscientiae, & amicitiae debemus; Deo quidem, cui gratiarum actionibus gratiam referre debemus; verum quidem est, neminem minus laudibus, & gratiarum actionibus nostris indigere, quam Deum, at tamen nemo est, qui hoc magis efflagit cum pro se, cum pro illis, qui bene de nobis merentur; debemus conscientiae, quae pati non potest ingrati animam, neque spiritum, qui mavult ingratis videri, quam debitor; neque accepti beneficii memoria potest extinguere, qui simul ipsa conscientia vox suffocatur. Debemus tandem confessionem hanc amicitiae; si enim hac obstruit os beneficium confertentis, ut illud dissimulet, aperit simul os recipientis, ut ejusdem meritum praedicet. Igitur si pares externis grati animi argumentis referenda gratia non sumus, semper tamen hoc nobis erit solatium gratiam rependendi per amicitiam, quae maxima est omnium remuneratorum, quandoquidem cor ipsum largitur, quod nonnisi per se, uti opus est, gratiam referre potest, & cui nonnisi cor alterum potest referre gratiam.

Ut vere liberalis sis, ac de aliis bene merearis, tres requiruntur qualitates, videlicet facultas, ut possis; generositas, ut sine quaestu, aut spe referenda gratias velis; prudentia, ut loco, tempore, ac modo gratificeris. Hinc dici consuevit, liberalitatem indigere fortuna, quae gratificandi facultatem praebet, & occasione; corde, quod de aliis benemerendi studium fovet; sapientia, quae omnia metitur, ac ponderat, ut optatum finem consequatur.

PARAGRAPHUS VI.

Delecta ex Affectibus, nuperisque Concionatoribus loci hujus argumenta.

Normis esset ingratitude, quotidie tot a Divina bonitate cumulati numeribus, nullumque grati esse eidem grati animi sensum testari, si minus factis, quando saltem verbis, & canticis. Praeterquamquod si hoc animi grati officium illi debitum est, nobis quoque est utilissimum. Non indiget nobis Deus; at nos infinite eodem egemus. Gratiarum actiones, quas hominibus infirmis, nihil addunt essentia illius, sed mirum in modum prodest, ut amor noster fervet magis,

debemus, quia illa coheret.

Gratitudo, quam deus exigit, ut omnia illi Religionis officia praestemus.

Sententia ad beneficia, & gratitudinem spectantes.

Deo nobis gratiam animi exigit.

De liberalitate, quae ad alios gratificatur.

gis; & ut in illo majorem collocemus confidentiam. Si enim memoriam beneficiorum, quibus ab hominibus aucti sumus, nos ad eos impendimus a mandos impellit, extra omnem dubitationis aleam positum est, quod saepe animo reputantes beneficia, quibus nos Deus cumulavit, vehementius ad illum amandum, eique obtemperandum rapiemur. Ex S. Jo. Chrysothomo Exhortatione prima in caput 8. S. Matthei.

Antequam etiam in matris vestrae sinu efformaremini, fuissetis divini amoris obiectum, quia vos ab aeterno elegit, quamquam illius iram dumtaxat meriti fuissetis, ac misericordiam illius omnino fuissetis indigni. Quamvis etiam cognitionis suae luce praevidisset, vos sibi infideles futuros in vitz vestrae decursu, vos tamen semper pro aliis distinxit, ac longe plurimos repulit, qui fortasse melius, quam vos, eidem famulati fuissent, ineffabili bonitate vos magis dilexit, quam omnes eos, quos interire passus est, ut vos falvo faceret, & vobis tot misericordiae vasa, ut Apostolus inquit, efficiens. Vos autem quomodo tot beneficiis gratiam rependistis? quanam fuit vestra gratitudo? Quemadmodum ex beneficiorum Dei magnitudine ingratitude nostrae magnitudo elucescit, ita doni praestantia nobis timorem, tremoremque debet incutere. Fortasse tutiores esse sumus, si minor deberemus Deo; sed bonorum, quae illi debemus, pondus nobis tremorem, formidinemque debet injicere. P. Rapin de primorum saeculorum fide.

Ingratitudo peccatorum omnium nequissimum est, simul & familiarissimum vitium; illius species solertissima cura dissimulatur, sed res ipsa in omnibus invenitur. Credimus, turpissimum hanc infamiam notam esse, quae alicui possit inuri, cum tamquam ingratus traditur. Et sane cum Sancto Bernardo dicere possumus, ingrati animi vicia natura leges, & societatis commercium infringere, atque ulterius progressum, Religionis cursum, ac successum perturbare, quae quidem a Deo per gratiarum ipsius effusionem incipit, ac desinit in creaturam, quae aeterno grati animi monumento beneficio vicem debet rependere. P. Bourdaloue, Sermone hujus argumenti.

Nemo nescit in beneficio duo esse consideranda, cor, & manum. Beneficium in se consistit in liberalitate, & affectu, vel bonitate beneficientis. Cum Deo nobis suam elargitur gratiam, illius effecta inveniuntur, ac utilitatem percipimus, sed cordis affectum, unde haec proficitur gratia, non videmus; at nonne aequum est, hominem, qui recipit beneficium, duo & ipsum afferre? munus pro munere, 2. cor pro corde, & affectum pro affectu? Sed Deus in se dives, ac bonis omnibus affluens non indiget numeribus nostris; Quoniam bonorum meorum non eges. Nostris vero, quid agat? Mutat vicem numeris in vicem cordis; vult amorem pro amore rependi, eosdemque pro ipso haberi sensus, quos habebat Propheta: Benedic anima mea Domino, & omnia, quae intra me sunt, nomini sancto ejus. Tempus est, o anima mea, quo Dei benefactoris tui celebres beneficia; opus est, ut illi benedicas, ut illum aeternis laudibus prosequaris, ut intra te nominis ejusdem magnitudinem praedices. Idem.

Animo reputans Sanctus Bernardus, quid ipse deberet Deo propter gratiarum illius effusionem, & amoris plenitudinem, exclamavit; Domine, nihil habeo quod tibi retribuam pro tot beneficiis, quae in me tua largitas fudit; cum meam intueor egestatem, pudore suffundor, neque oculos attollere audeo; ubi vero cogito, te distissimum esse, & bonis meis non indigere, atque magis cor meum, quam opes meas requirere, summa equidem laetitia perfundor. Cum video multierulam Evangelicam duos tantum obolos in gazophylacium inferentem, at nihilominus plura a te referentem enormia, quam locupletissimos Pharisaeos ingentem auri, argenteique vim offerentes, tunc mihi spes quadam suboritur. Duos tantum habeo denarios, cor videlicet, corpusque meum; alterius dominium jam penes te est, alterum quoque possides; illud tibi offero, illud ex iustitia, amore, & gratitudine tibi debetur. Idem.

Fidelis, atque vere grata anima Principis illius morem debet imitari, de quo sermo est in libro Esther, ubi sedulus fuit dicitur, & diligens ad hoc, ut in regalii sui factis describerentur fervorem suorum egregia merita, ut saepe illa pervolvendi numquam ex animo exciderent. Hoc Dei servus stitissimè faceret, ut gratiarum sibi a Deo toto vi-

tae suae tempore collatarum reminisceretur. Cum diligentissime describeret tempus, ac circumstantias, quibus peculiari beneficio vel ad aras, vel ad civitatis magistratus evocatus fuit, attente hos perlegeret commentarios, eosque singulis diebus evolvet. Ecce, inquiet ille, tot accepta beneficia, tot cogitata immixtae inspirationes, tot bona opera, tot vitata pericula, verbo, tot beneficia; reminiscere eorum, anima mea, nulla unquam te capiat oblivio, & dic cum Propheta: Benedic Dominum in omni tempore, semper laus ejus in ore meo. Hic mihi semper inharebit cogitatio, faculis omnibus Domino benedicam, & nunquam a laudibus ejus recedens absistam. Hoc novissime cubitum profecturus reputabo; Deo gratias agam; hoc primum mane repetam cubitu allurgens, Domino benedicam. Idem.

Si proplis plurimorum peccatorum vivendi rationem inspicere, facile nobismetipsis persuaderemus, illos ex istidem beneficiis, ac donis Dei scelerum suorum occasionem arripere. Si Deus aliquantum formae huic mulieri concessit, quam in re hac utitur, nisi ut corpus fum colat, atque in re plurimorum oculos, affectusque convertat? Si Deus aliquantum bonae valetudinis concessit adolescenti, quam in te utitur, nisi ut illud in omne libidinam genus effundat? Si quis mentem, scientiamque recepit, nonne eadem abutitur, ut impis opinionibus orthodoxos Ecclesiae sensus evertat? Si opibus auctus fuit, has in voluptates erogabit, his abutetur, ut suae ambitioni velicetur, atque idem de caeteris maneribus, quibus divinitus fuit cumulatus, dicendum. Idem.

Cogitate Deum, qui aequo supremus est rerum omnium Dominus, aliquis tamen sibi magis peculiariter ratione reservasse, quas non sine ingrati animi nota, & quin magna eidem afferatur contumelia, illi non devovere non possumus. Quatenus Aeternus, temporum omnium est Dominus; & a nobis reliquit, ut in communia impenderemus negotia, festosque sibi dumtaxat dies reservavit. Quatenus immensus, locorum omnium est Dominus; omnes nobis incolendos, atque ad libitum nobis rependens reliquit, ac Tempa tantummodo sibi reservavit. Quatenus Creator, omnium nostrum est Dominus, non secus ac bonorum omnium, ac rerum, quas pro nobis creavit; sed ex numero nostrum eos praesertim sibi reservat, qui aris suis dicati sunt, atque ex bonis externis, ea praecipue, quae sibi pietas fidelium dicavit. P. Segneri, Auctor Italus, in libro qui inscribitur, Praxis Curatorum.

Si gradus, ac locus, in quo estis, si favor, vel munera vestra facultatem conferunt vobis de amicis benemerendi, ne eam, quam possulant, illis opem negetis; sed alacri animo, laetique id facite, quod pro illis facere optatis. Ne patiamini affectatam dilationem eos tadio redimere beneficia, quibus illos afficere vultis. Si patientiam eorum affectata mora delasseritis, minori grati animi sensu, quam indignatione excipient ea, quae illis conferitis, licet tandem votis eorum subscribitis. Omnes de ingrati animi vitio conqueuntur; at illi, quorum frequentior, & gravior auditur querela, numquid nihil habent, quod hac in re exprobrant sibi? Non desunt homines saepe natura ingrati, quos nullis delinire potes officiis; ingenium habent ferocis, & superbum, quo neque ipsa demerentur beneficia; licet eos ames, & palpes, frigidi semper sunt, stupidique. Ex Anonymo auctore.

Sanctus Bernardus ingrati animi vitium vocat animae hostem, meritum annihilationem, dispersionem virtutum, gratiarum iacturam, ventum urentem, quo pietatis fons, misericordiae ros, & divinarum communicationum rivus exsiccat. Ita ille mala omnia ingratitude referit accepta. Sed licet Judaei longe plurimis diffunderent vitium, quorum singula interitum illis afferre poterant, certum est tamen ingratitude nulli fuisse secundam, quoniam reliquis confirmabatur, & quibus ipsa majus constabat odium, & quae incurabili efficitur. At numquid minus ingrati sumus Judaei? Omnes Filii Dei gratias rejicimus, fallacem terrestrium voluptatum imaginem tanta voluptate consecramur, quanta si solidae essent, atque aeterna, atque in omnimoda oblivione vivimus eorum, quae Deo debemus; audeamus etiam hoc in statu coram divina ipsius maiestate prodire, cum illo precibus agimus, & in ade illius tanta permanens animi tranquillitate, quanta si eidem fideles essemus. Liber, cui titulus: Les souffrances de Notre Seigneur durant sa Passion.

7. al. 31.

Quomodo beneficium Dei homines abutantur.

Gratitudo, quam exigit Deus.

Quomodo sit de proxi- mis benemerendum.

De iudicio Deum in gratitudi- ne.

Solus Filius Dei amor humana ingratitude videtur non fuit.

Leges humane statuunt, ingratitude legitimum esse parentibus quidem causam exheredandi filios, Dominis vero negandi servis stipendium. Atque veterem amicitiam ita exerit, ut qui mox redeunt in gratiam, non aliam rationem afferant, nisi quod virtus est oblivisci iniuriam, & bona illis etiam conferre, qui videntur indigni. Nihil enim excusare ingratitude potest; quo magis illam excusare contendis, eo fit intolerabilior; & optima excusatio est, sciri nullam esse excusationem. Humane amicitia ab eadem fere semper infirmatur. Solus divinus amor, quo repletus erat Salvator, per ingratitude crederet potuit; etenim tantum abest, quod per illam extingueretur, vel converteretur in odium, quod ut plurimum inter homines accidit, ut immo ardentior efficeretur. Idem.

Gratum ingratitude non movet, ne illis gratiam floremur.

Si animo reputarem bona, quae licet nostra obfistat ingratitude, a Divina bonitate percipiuntur, non aliter indigeremus rationibus proximo gratificaturi, quomodocumque ille gratum, ingratumve se praebeat. Praeterquamquod, ut vivamus quomodo Christiano decet, hominibus debemus benefacere propter amorem Dei, quin ab illis vicem expectemus. Quomodo facile obliviscimur eorum, quae illis contulimus beneficia, actum agit, qui propter illos istidem benefacit, quamobrem Sapiens ait, ingrati fidem similem esse hyemali glacie, quae liquefit, & tanquam inutilis aqua existimatur, etenim statim ac desit necessitas, ingratus obliviscitur benefactoris sui, sibi accepta refert ea bona, quae ab altero accepit. Idem.

Hominum ingratitude de gratia Dei & beneficiis.

Gratia Dei sunt totidem beneficia, & sensibilia signa amoris infiniti, quo Deus nos profecit, & quae maiorem propter ingratitude. At heu! nunquid propter extremam improbitatem nostram, atque contemptum, quo illa quotidie excipimus, nobis erant occasio, propter quam majus, & aequius divina indignationis pondus subeamus? Namquid privilegium, quo gaudemus inter Jesu Christi discipulos adnumerari, nos efficit calamitosos, postquam nocentiores effecerit? Namquid eo, quod majoribus a te cumulati sumus numeribus, nunc istem desistimus magis, & quod tibi perfectiores amici fuimus, per violatam amicitiam graviores inimici? O nimis funesta numerata! O gratia infelix, quae nos perdit, cum illam amittimus! O bona infinite perniciosa propter hunc contumeliosum contemptum, qui veneno infecti Dei beneficia, qui illa in materiam convertit & scelerum nostrorum, ut illi crudeliter afferamus contumeliam, & fulminum Dei, ut nos majori severitate percipiat! Nonne praesertim detinuit, ut tot alios, qui Christianae Religionis gratiam non receperunt, quam aliquando, multo magis quam ceteros deleri, eo quod amorem, qui nobis fuerat impensus, flocci fecimus? *Mamburg. Sermo: pro feria secunda post Trinitatem Quadragesimae Dominicae.*

Semper nobis occidit, si est utendi, ne finis ingrati erga Deum.

Quamvis Dei bonitas in corde peccatoris annihilati sit consolations, & confidentia causa, non cessat tamen illi causam esse timoris, assidueque sollicitudinis, ut Sanctus docet Augustinus. Ille quidem non obruit amplius praeteritarum iniquitatum pondere, sed praesens obruit beneficiis, peccata, quae illi remissa fuerint, illum non turbant, sed gratia, quam recepit, illum sollicitat; non est amplius rebellis, sed timet, ne sit ingratus: hic enim est divina ordo providentia, bonis, quo contulit, aptare ingratitude, quam praestolat, & plura ab illis exspectat, quibus plura donavit, tanto plus fidelitatis exspectat, quanto plus exerecit misericordiae. *Flechner, Sermo de Conversione S. Pauli.*

Infinita Salvatoris mundi erga nos misericordia.

Licet, Salvator mihi, unicum dumtaxat spiritum emittisset, unicum effudisset lacrymam, unicumque cordis tui motum edidisset pro nobis, quemadmodum nihil horum infinito caruisset merito ab infinita persona procedens, infinite de nobis meritis fuisset. Quae dicendum est, quid cogitandum, cum ne unicum quidem non nisi pro nobis motum edideris, nisi infinita tua erga nos esse merita, ideoque infinitas nobis esse rationes te si fieri posset, infinita charitate diligendi. *Pater Nepueu, libro de Amore Domini nostri.*

Perennis Dei, & loia Christi erga nos beneficia jugem ex nobis gratiam exquirant.

Si perennis, ut ita dicam, bonorum, gratiarumque fluxus a capite desuit in membra, nonne aequum, ut perennis amoris, & gratitudinis fluxus a membris refluat ad caput, a quo tantum boni percipiunt, & sine cuius ope nihil boni facere possunt? Propterea Dei Filius dicebat, nos sine eo nihil facere posse: *Sine me nihil potestis facere.* Adde his

nullum esse beneficium Dei, quod singulare non sit, quantumvis commune videatur. Naturaliter inter ceteros emittit: copiosius quodam proprii amoris effectus, & secreta quadam superbia, qua alios praeseri gaudemus; ita ut honor, qui nobis adhibetur, cum beneficia conferuntur nobis, sepe nos magis moveat, quam ipsa beneficia, quae licet ingentia sint, meriti sui partem videntur amittere, statim ac pluribus sunt communia. At non ita sentiendum est de beneficiis Dei, quae pluribus licet communia, habenda sunt tanquam nostrum singulis particularia. Ita Jesu Christi erga nos beneficia infinita sunt, aeterna, singularia, neque illius bonitas fatigatur unquam nobis beneficiis, & large, effluque suas nobis gratias impertiens, ita ut vix nostrae momenta ex illius beneficiis, & fortasse etiam ex ingratitude nostris numerate possimus. Idem.

Nos generosos esse gloriamur, faciles iis diligendis, qui nobis amorem suum profertentur gratos beneficiis, quae nobis conferuntur, quae semper exigua sunt, & sepe etiam funesta; neque afficiuntur amoris Dei erga nos argumentis, nullumque grati animi sensum propter essentialia, & infinita ipsius erga nos beneficia testamur? Idem.

Salvator ipse sanguinis gutta, unica oculorum lacrymula, unicoque cordis sui motu nos redimere poterat; nulla enim huius Homini Dei erat actio, quae meriti non esset infinita, ab eo enim proficisceretur, cuius dignitas erat infinita. Voluit tamen (adorabilis Jesu) ut nos redimeret, & gravissimas ferre persecutiones, terribilissimasque afflictiones, & contumelias subire, excruciatissimas torquenti supplicis, ac tandem in cruce summo cum dolore, & ignominia animam efflare, postquam omnem sanguinem effudisset, ut amoris tui magnitudinem passionum magnitudine testatam relinqueres. Idem.

Bona equidem fide consistit, ea in difficultate, quae naturaliter omnes intellectus nostros fidei submitimus aegritudine penarum inferni docent, nulla re magis juvari ad hanc concipiendam ac ratione, quae ad illum perire vivunt, ea incuria, vel potius ingratitude, & facilitate, qua indefinitis contumelias afficiunt Deum Salvatorem, qui eo usque illos dilexit, ut pro ipsis mortem in cruce subiret: tandem enim infernus, vel sextentini inferni dignos possent exipere terribilem stupiditatem, ac ingen hominum ingratitude? Idem.

Dei Filius propter amorem nostrum, videlicet, ut offenderet infinitam amorem, quo nos complectitur, magnitudinem, atque ut ex hominum cordibus reciprocum extorqueret amorem, tantum praesertim, ut illi amorem nostrum negare minime possimus, licet omnium ingrati sumus. Et sane efficit, quod pro nobis fecit, nonne idem est, ac si palam diceret nobis: inerte, mortalis, utrum quae animo, ac voluntate amoris, & bonitatis reteritissima me ipsum pro tua salute devoverim. Ego decies milles plus praesertim, quam pro tua salute requirebatur, ut intelligeres amorem, quo te complexus sum, infinite ipsam cogitandi vim excedere; ut vero, ingrate, ubi aliquid pro me faciendum est, adeo parvus, atque avarus es? Tantum abest quod multum praeter id, quod opus est, facere velis, ut ne pedem quidem ultra, quam teneris, audeas proficere. In singula momenta quaris; num ad id iteoneo? nonne satis est, si hoc, vel illud efficiam; neque enim aliquid praetera facere iubeo. Et si vel minimum quid facis praeter id, quod tibi necessario faciendum esse arbitraris, putas me tibi plurimum debere? Ubi ratio tua est? ubi cor tuum? ubi gratitudo tua? *Pater Ludovicus Franciscus de Argentano in Collationibus Spiritualibus de Magnalibus Jesu Christi, Collatione 22. art. 1.*

Ubinam est cordatus vir, qui attente beneficiorum Dei multitudinem, magnitudinemque confiderans robore non sustinuerit, ac se ipsum non exprobrat videns suum ingrati animi vitium adversus illum, a quo tota beneficium fuit cumulatus? Quinam non erubesceret pra pudore videns se nihil nisi aegre, atque occitante scilicet, quasi metueret, ne quid nimis efficeret? O Deus! Itane consuevimus? Nonne aequissimo grati animi sensu ad omnia vitia nostrae momenta devovere deberemus Deo, qui omnia vitia sua momenta salutis nostrae devovit? Praeterea minimum vitia ipsius momentum pretiosius esse tota omnium simul hominum vita; sed licet etiam ex aequo momenta momentis essent comparanda; ubinam sunt horae vitiae nostrae, quas pro-

Summa hominum ingratitude coequatur ea severitate, qua cum ipsis agit Deus.

Erga unum Deum sumus ingrati.

De beneficiis contumeliosus.

Deo, quae ex nostra ingratitude nobis cohaerent.

Ingratitude nostra probat severitatem divinae iustitiae adversus peccatores.

Dei Filius tantum nobis praesertim; nos vero ingrati adeo parum pro eo cogitamus.

Quomodo gratia fiat Dei beneficiis agentibus.

Dei Filius tantum nobis praesertim; nos vero ingrati adeo parum pro eo cogitamus.

Dei Filius tantum nobis praesertim; nos vero ingrati adeo parum pro eo cogitamus.

Dei Filius tantum nobis praesertim; nos vero ingrati adeo parum pro eo cogitamus.

Dei Filius tantum nobis praesertim; nos vero ingrati adeo parum pro eo cogitamus.

Dei Filius tantum nobis praesertim; nos vero ingrati adeo parum pro eo cogitamus.

Dei Filius tantum nobis praesertim; nos vero ingrati adeo parum pro eo cogitamus.

Dei Filius tantum nobis praesertim; nos vero ingrati adeo parum pro eo cogitamus.

Dei Filius tantum nobis praesertim; nos vero ingrati adeo parum pro eo cogitamus.

Dei Filius tantum nobis praesertim; nos vero ingrati adeo parum pro eo cogitamus.

totis vitae ejusdem diebus unico Salvatori nostro rependimus? O turpissimam hominum ingratitude! Idem.

Crederetne, post omnes divinae bonitatis excessus homines, quasi parum esset nullam habere gratiam, audire etiam de Deo consergi ac dicere illum nimia uti severitate, cum exigit, ut hac amabili tantum gratia, quam ipsis concedit, agendi poenitentiam, licet hic maximus sit divinae effectus misericordiae? Crederetne non defuisse, quos minime puderet asserere, Deo quidem facile esse poenitentiam impetrare, hoc enim solo eidem stat impio, sibi vero difficillimum, acerbissimumque esse cogi ad sinceram peccatorum suorum poenitentiam agendam, ad seipsum humiliandos, corpusque suum afflicendum? quin cogitent pro una, quam ab oculis ipsorum exigit, lacryma illum pro ipsam totam corporis sui sanguinem effundisse. Crederetne, postquam ille nobis saluberrimum pretiosum sanguinis sui ad peccata deterenda lavacrum preparaverit, hoc a peccatoribus ita flocci pendi, ut eodem uti contemnant? Crederetne, ipso nobis semper thesauros suos in Ecclesiae Sacramentis offerente, cum omnes homines ceteratim ad pedes illius deberent conflere gratiam impetraturi istem fruendi, eos e contra tantas opes tanquam onerosas farcinas horre? Orandi sunt, ut ad illa accedere teneantur. Idem, *Collatione 2. art. 2.*

S. Augustinus pietatem omnem in gratitudine statuit. Totus Dei cultus, inquit ille, in hoc positus est, ne anima se Deo praebet ingratam. Hac Dei cor mulcet, & ab eius largitate plurima obtinet beneficia. Hac facit, ut Deus se liberalem praebet erga eos, a quibus amatur, & qui sunt eidem fideles. Hac pariter efficit, ut illi indefinitum clementissimo Deo gratiarum actiones effundant. Hac inter Deum, ac homines iuge pariter certant, quo ille quidem gratias, hi vero gratiarum actionibus certant contendunt. E contra vero fons gratiae, & misericordiae quodammodo exarefecit videtur illis, qui Dei beneficia obliviscuntur, & qui ingrati animi vitium illi rependant. *Auctor Homil. Moral. Homil. in 14. Dominicae post Pentecosten.*

Quis dubio locus, ex omnibus hominibus Christianos plura debere Deo, & hanc ob causam iugiter in corde ipsorum fovendum esse grati animi sensum ob tot beneficia, praesertim vero ob hanc inestimabilem gratiam, quod ipsos dono fidei, & Jesu Christi cognitione ad se vocaverit? quam gratiam tot negavit infidelibus, quos in ignorantia tenebris & vivere & mori passus est. Nonne quotidie meminisse deberemus, cum Salvator pro nobis vitam, sanguinemque suum effuderit, nos ex inferno erepturus, ut infinitae huius misericordiae dignas habeamus gratias, nihil minus a nobis praeseri posse, quam hoc reliquum vitae nostrae spatium illi devovere, eique saltem reverentius, impensiusque quam haecenus inservire. Idem.

Sanctus Augustinus ait, posse quidem nos Deo ob accepta beneficia gratias agere, referre non posse; quia nihil ex nobis habemus, & a Dei liberalitate accepimus, quidquid sumus, & quidquid habemus. Itaque, ut hoc gratitudinis munere digne persuegamur, Deo propter ipsius dona debemus offerre. Nihil illi esse potest acceptius, quam quod ab ipso obtinemus; si enim illi offerenda essent, quae nostra sunt, quid quae nostrum est praeter culpam? Abit nos esse ex ingratorum, superbiorumque spirituum numero, qui donorum Dei sibi vindicant gloriam. Vitium hoc est detestabile, quia simul & superbia cumulus est, & ingratitude. Idem, in *Moral. in Pater, Tractatu Proximali, art. 8.*

Ratio digne hoc munere persuegendi est coram Deo memoria repetere cum nostrae ad Christianam fidem vocationis gratiam, tum alias, quas contulit nobis, ex quo nonmetipsum cognoscimus; sensus amoris, pietatisque motus, quibus cor nostrum tegit; spiritualia pericula, vel corporalia, et quibus vel eripuit, vel praeservavit; spiritum contritionis, & poenitentiae, quem nobis inspiravit, ut ob seclerata, vitiaque nostrae flagitia sincero dolore afficeretur; bonum ingenium, studiumque nobis ab eodem concessum, vocationem ad servitium ipsius lenibus gratiis illecebris; denique vero eam rationem, qua egit nobiscum benignissima providentia sua ab ipso nostro nativitate exordio. Et profecto, si uti par est, omnes has, ac tot alias, quae latent, reputaremus gratias, ac meditationem tantae bonitatis, diuturnaque patientiae, quae nostra pertulit scelera,

atque ingratitude, nosmet effunderemus in lacrymas, atque plorantes, ut olim Augustinus, maximum testatur dolorem, eo quod tam sero inciperimus amare, ac servire Deo adeo misericordiam, & amabili, qui nos tantopere dilexit, & qui ab aeterno in nos suas cogitationes convertit. O bonitas infinita, diceremus, adeo antiqua, adeo novata heu! cur adeo ferre te diligere ceperit? *Sero se L. 10. Conf. amari, pulchritudo tam antiqua, & tam nova, sero se L. 10. Conf. amari. Idem.*

Ingratitude vitium est in hoc positum, ut vel negligamus, vel taceamus, vel obliviscamur, vel contumeliosius rependam beneficia, quae a divina bonitate recepimus. Negligere beneficium Dei, defensus est; tacere, crimen; oblivisci, scelus; pro donis Deo iniuriam perolvere, gravissima est abominatio. Hac tamen ea sunt, in quibus omnes fere peccamus; hoc Deus exprobrat populo suo in Scripturis. Cum videt nos beneficiis suis minime tangi, neque cor a nobis aperiri, ut illum amemus, neque os, ut Benefactori nostro gratias agamus, tunc per Moysen ait: *Hecine reddis Domino, popule stultus, & insipiens?* Cum videt nos non solum sine illa gratiarum actione, verum etiam sine ulla consideratione vivere innumerabilem largitatis suae beneficiorum, tunc de oblivione nostra conqueritur: *Obliviti sunt benefactorum ejus, & mirabilium ejus, quae ostendit eis.* Cum vero considerat ingrati animi vitium eo usque procedere, ut Benefactori nostro iniuriam afferamus, & contumeliam, ita per Prophetam dicit: *Qui retribuunt mala pro bonis.* *P. Texter T/s. 17. pro 13. Dominic. post Pentecosten.*

Ingratitude, Sanctus Bernardus ait, densa est nubis solium inter, & terram, vallum fontem inter, & rivum, validisque obex Creatorum inter, & creaturam, unde fit, ut non solum terra obducatur, sicut exareat, egeat creatura, verum etiam ne sol lucem emittat, fons aquas effundat, & Deus suas misericordias impertiat: *Ingratitude siccatur pietas, vorem misericordiae, siccatur gratia.* Hinc coniam, quantum displicet Deo peccatum hoc; quoniam relinquit, & adversatur iis, quae Deo magis propria, & naturalia sunt, videlicet bonitatis suae communicationis. Idem.

Dicit potest, & verum est, neminem promprietem Deo esse hominibus gratificando, ad adendum est etiam, neminem diligentem, & ut S. Bernardi vocabulo utar, magis importunum esse in munerationem suorum remuneratione exigenda. Verbum hoc mihi nunquam excidisset, nisi in Epistola quadam Sanctus hic eodem usus esset: *Donorum promptus auctor, sed importunus exactor.* Deus facile quidem suas largitates effundit, ac munerationum suarum foenus reposit; ac ille ipse in laia suas gratias, favoreque pluviae comparat de celo decidentis, quae, quin illic sine fructu, effectuque revertatur, in terris remanet illis ubertatem traditura. Hoc ipsum benedictionibus meis accidit, inquit Deus, ad me sine fructu non revertetur hac in re eorum perfringens ingratitude, qui istem uti noluerunt. Ita Deus paratus est beneficiando hominibus; sed ab hominibus negligi aequo animo ferre non potest, & licet bonitas ejus non minima afficiatur voluptate ex bono, quod confert, illud confertens, iustitia ejus altera ex parte tempus suum captare novit, ut nos eodem privet, si ingrati fuerimus. *Pater Grizel, Sermo 8. Adventus.*

Unde imitanda nobis est in hoc quoque natura terrarum, quae susceptum semen multiplicatum solet numero reddere, quam accepit. Ideo tibi scriptum est: *Sicut agricultura est homo insipiens, & tanquam vinea homo egens sensu.* Si reliquias cum, desolabitur. Sicut agricultura ergo etiam sapiens, ut tanquam fenerata fuit maiore mensura semina ut recepta restituit. Terra ergo aut spontaneo fructus germinat, aut creditis ubertate cumulo refundit, ac reddit; utrumque debes quodammodo aequo parentis, ne reliquias sicut infocundus ager. Eto tamen, ut aliquis excusare possit, quod non dederit, quomodo excusare poterit, quod non reddiderit? Non dare cuiquam vix licet, non reddere vero non licet. *S. Ambrosius lib. 1. de Officiis cap. 31.*

O nos ingratos! Aves Deum laudant oculosque in caelum attollunt, ut de bonis illius gratias agant; terra solaribus calefacta radibus suum a fructu perit, ac flores germinat in gratitudinis signum; & in Deum, homo divina creatus manu, diviso sanctificatus spiritu, sanguine Jesu Christi redemptus, atque ejusdem Corpore nutritus neque cor aperit, neque suo beneficiis, ut eidem gratias agat? At quid cor, & os dicuntur.

Gradius ingratitude, per quos peccator decendit.

Malum, quod parit ingratitude.

Non patitur Deus dona, & gratias sine fructu.

De gratitudine generat.

De hominum ingratitude, qui creati omnia pro modulo suo beneficiis, ut eidem gratias agat.